



Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

Post hæc quidam Andegauensis incola, nimia febre exhaustus, linguæ auriumque officium perdidit, quem vir Dei vocatum ad se oleo sancto orienticis; eius infuso, protinus sanum & incolumem reddidit. Quo permotus miraculo quidam à natiuitate cæcus, duobus aut tribus mensibus, in monasterio orationi ac ieiunijs se totum tradidit: tandemq; à S. Hospitio vocatus, oleoq; benedicto inunctus, in Christi nomine lumen recepit. Dehinc mulier quædam tribus dæmonijs obsessa, ab eodem viro sancto, oleo sancto & crucis signo benedicta, à sæuis hospitibus liberata est. Sed & aliam puellam, immundo vexatam spiritu, benedictione sanauit.

Vide rigiditatem vitæ.

Obitus eius.

Cùm autem iam dies obitus eius appropinquaret, vocauit ad se ciuitatis Nicienensis antistitem, ut eum post mortem sepelire dignaretur. Instante igitur mortis hora, cathedras, quibus vinculus erat, deponens, & corpusculum, quod, scatentibus vndique veribus, intolerabili cruciatu afficiebatur, humi prostravit: deinde, tota mente precibus intentus, vni lacrymarum profudit: eleuatisq; ad cælum manibus, gratias Deo agens, spiritum tradidit.

VITA BREVIS S. MARTIANI RAVENNATIS Archiepiscopi. Vt habetur libro primo historiarum Hieronymi Rubei, de gestis Rauennatum.

22. Maij.

S Apollinaris, Rauennatum Apostolus, diuinitus factus certior, fore, ut breui Rauenna exularet, ac subita opprimeretur calamitate, capiteq; oppugnaretur: ne Rauennatem ecclesiam, absq; pastore relinqueret, duodecimo postquam accesserat anno, sacerdotes binos instituit, Aderitum & Calocerum.

cerum, Diacones vero Martianum virum nobilissimum & Eleochadium, summum philosophum. Cetero igitur Apollinare, post Eleochadium, in Ravennati Archiepiscopatu, Martianus, a Deo demissa compta electus, sufficitur: natus sublimi loco vir, tam pie, iuste, ac temperanter vitam degebat & tanto concitus ardore animi, Christum predicabat, ut in animis Ravennatum, ardente excitaret omnium virtutum amorem: multiq; nullis rerum aduersarum ictibus frangi, neq; oppugnationibus nefariorum, de gradu pietatis deijci potuerint: sed calamitates omnes, tandemq; necem pro Christo libenter pertulerint. Plurimos sacris iniuriauit: cumq; rerum admirabilium gloria clarissimus esset, caelestem in patriam abiit, vndecimo Kal. Iunii: atq; vti ex vetustissimis scriptis collegimus, in D. Eleochadij, sepulturae traditus est, Anno Domini septimo & vigesimo supra centesimum dum Aelius Hadrianus imperaret.

Martianus
diuinitus de
signatur E-
piscopus.

MARTYRIVM SS. DONATIANI ET
Rogatiani, ex eo quod, optima fide, apud Surium extat, cui vetustissima ad stipulantur Martyrologia.

QUVM Diocletianus & Maximianus Romani Imperij scepra tenerent, suisq; praecipis & edictis crudelibus, Christianum nomen, obliuione sempiterna, cotererentur, erat in vrbe Romana, iuuenis quidam, Donatianus nomine genere clarus, sed fide multo clarior; qui in ipso iuuentutis suae feruore, maturioris animi freno, turbulentior adulescentis motus temperabat: & ne, inter spiritalis nequitiae procellas, lapsum incurreret, in timore Domini, prosperè, vite cursum dirigebat. Qui

24. Maij.

Donatianus
egregius iu-
uenis.

Yy 3 mox,